



31
DISPUTATIONUM THEO-
LOGICARUM

DE

SACRIFICIIS
SATISFACTIONIS CHRI-

STI PRO PECCATIS TOTIUS MUN-
DI PRÆSTITÆ, TYPIS FIR-
MISSIMIS.

*Adversus recentiores Arianos seu Photinianos, Satisfactio-
nem CHRISTI omnem pernegantes*

QUARTA,

Quod antiqui inter sacrificiorum actus beneficia
Passionis Christi considerare soliti fuerint.

QUÆ

In Collegio Disputationum Theologicarum privato in Templo Arcis
d. 19. Apr. Anno Clæ 10 CXV. in incluta VVitteber-
gensium Academia habebitur.

PRÆSIDE

VVOLFGANGO FRANZIO, S. S.

Theologiæ Doctore & Profest. Publico

RESPONDENTE

M. HIERONYMO NYMMANO
VVITEBERGENSI

VVitteberga, Typis Johannis Gormanni.

DISPUTATIONUM THEO-
LOGICARUM

SACRIFICIIS
SATISFACTIONIS CHRIS-

TIANAE
DE PRAESENTIA ET
EFFICACIA SACRIFICII
CHRISTIANI

AVGVSTINVS
DE DOCTRINA TRINITATIS
LIB. I. CAP. I. DE
SACRIFICIO

AVGVSTINVS
DE DOCTRINA TRINITATIS
LIB. I. CAP. I. DE
SACRIFICIO

AVGVSTINVS
DE DOCTRINA TRINITATIS
LIB. I. CAP. I. DE
SACRIFICIO



Printed by Johann Gleditsch





Σὺν Θεῷ.

I.

R

Est in Problemate tertio pars illa ex verbo Domini dilucidius demonstranda, quod in Concionibus & actibus sacrificiorum considerare soliti fuerunt & commemorare beneficia passionis & mortis Messie. Etsi verò hujus rei declaratio vix videtur ex veteribus Scripturis deduci posse, tamen quia non verissimum non potest illud esse, quod

Propositio.

non sit datum aliud nomen sub Sole, in quo salvari queant homines, præter Act. 4. 12. nomen & meritum Domini vestri Iesu Christi, utiq; primùm ex veteribus Scripturis, deinde ex novis Scripturis illud ipsum clarissimè patefacere, Deo juvante, conitemur. Sumemus probationes quinque, ex veteri, & unam videlicet postremam tanquam sextam ex novo Testamento.

II.

Ac quod attinet ad Scripturas veteres, præbebunt illæ nobis probationes satis evidentes, quod in Concionibus & actibus sacri-
ficialibus suis sancti Patriarchæ & sancti homines alij, cum primis de passione Messie egerint, & inde sese consolati fuerint. Lubentissimè quidem concedimus, quod aliqui tempora ante Messiam exhibitum, & tempora Messie exhibitionem consecuta conferentes, utuntur similitudine ab illis, qui operantur ad lucernas noctu, & qui operantur interdium. Sicut enim qui noctu ad lucernas legunt & laborant, non omnia tam penitus contemplantur quàm ea possunt cernere illi, qui post exortum Solis fulgidissimum splendorem opera sua exercent: Ita de Messie ortu, vitâ, concionibus, passione, merito, resurrectione, regno, longè plura & clariora sunt cuncta, quæ novit Ecclesia novi sic dicti testamenti, quàm quæ noverat Ecclesia sic appellati veteris testamenti.

Simile quorundam.

III.

Interim tamen sicuti eandem rem eodem fine, eodem cum successu diligens aliquis Pater familias tam ad lucernas præparare

A

confus-



consuevit, quam facit is, qui eandem post exortum splendorem
Solis operatur, ita quoque eundem Christum, eandem mentem &
summam Concionum Christi, doctrinam eandem de ipsius passio-
ne, morte, merito, resurrectione & regno, quantum ad salutem
aeternam necessarium erat, tam percepit, scivit, & credidit vetu-
sta ecclesia ante exhibitum Messiam, quam nunc scit & credit ec-
clesia novi Testamenti post incarnatum λόγον.

III. DE SACRIFICIIS. IV.

*Primum ar-
gumentum
quod veteres
sub sacrifi-
cijs expen-
derint passi-
onem. Chri-
sti, sumtum
à materiâ
concionum
Adamitica-
rum,* De sacrificiorum origine in superiori disputatione secunda
dictum fuit, idque in hunc sensum, 1. quod non nisi post lapsum,
& quidem non nisi statim & illico post lapsum coeperit divinitus
promulgari proteuangelium de semine mulieris contrituro caput ser-
pentis, 2. quod semen istud mulieris contriturum caput ser-
pentis, non alium potuerint intelligere hominem ecclesiae vete-
renem. Chri- 3. Quod ex Proteuangelio
sti, sumtum simul clarissime animadverterint, Messiam ipsum humiliandum,
à materiâ affligendumque, idque non propter sua aliqua peccata, sed propter
concionum illa peccata, quae tunc remittebat hominibus ex nativitate Adam
Adamitica- & Eva sanguine proditoris cunctis usque ad ultimum diem. 4.
rum, Quodque cum illa concione Evangelica statim non nisi à lapsu pro-
mulgata etiam non prius nec tardius coeperint ex divino jussu per
novam & singularem ceremoniam, DEO sacrificare homines,
imponentes (ut in tertia disputatione ostensum) pecoribus pec-
cata sua, quae postea mactata comburebantur, & iuebant ex DEI
consilio & beneplacito, quanquam innocentia pecora, quod luere
debuissent homines.

V.
Etsi verò de his rebus paucissima scribuntur in Genesi, idque
propter rationem à nobis saepius adductam, & repetitam cum pri-
mis disputatione secunda, etsi item multò minus talibus terminis
Scholasticis mentem suam in Scripturis explicat Spiritus sanctus,
sicut docentes faciunt in scholis, quod nimirum sacrificia fuerint pro-
mulgata, ut sint typi passionis futurae futuri Messiae, interim magnificen-
di & celebrandi, donec sese fider hostiam pro peccatis totius mun-
di & non typicè sed realissimè satisfaciat ipse Messias, tamen qui
originem, seriem, continuationem & reliquas circumstantias

Barra

narrationum Mosaicarum de lapsu, de aeterna damnatione lapsis primis parentibus toleranda sine remissione, & sine omni spe ulterius relaxationis & finis, de receptione primorum parentum in gratiam insperatissima, de promisso concalcaturæ caput serpentis, de Messia passuro contritionem calcanei sui, de Messia (passuri contritionem calcanei sui) missione admodum longè dilata, de sacrificiali expiatione peccatorum interea subrogata, de peccatis sacrificantium super pecora sacrificialia imponi consuetis, de pecoribus peccato quocunq; imposto oneratis, & inde ilico mactatis & combustis, deq; homine per pecora combusta, Iehovæ reconciliato seu expiato, (suo modo) deq; peccatis propter sacrificia oblata remissis, *corde purgatiorè, mente attentiorè, sensibus sanctioribus, & argumentationibus penitioribus, scrutatus fuerit, is omnino exclamare necessum habebit, se palpando palpare, quod hæc & non alia fuerit mens Dei, quod nimirum usq; ad passionem Christi ipsius sufficientissimam interim sacrificialia pecora, & sacrificialium pecorum mactationes, excoriations, divisiones, combustiones debeant hominibus pijs ob oculos ponere & in mentem revocare cruentam passionem & mortem, meritumq; Christi pro peccatis totius mundi sufficientissimum suo tempore præstandum.*

V F.

Iam verò, *si hæc ita se habent, sicut etiã ex veteribus scripturis declaratum est peculiari disputatione habita 10 Junij 1614. utiq; nemo hominum ullorum conceder, quod Adam de istis sanctis rebus sub celebratione & tractatione suorum sacrificiorum tacuerit, quin potius omnes ambabus manibus largientur, Adamum per 900 annos in omnibus concionibus suis de creatione, de potentia DEI, de lapsu angelorum, de seductione parentis generis humani per Diabolum, facta, de amœnitate Paradisi, de Paradisi conclusionè, de Messia promissione, de Messia adventu, de ejus persona & officio, de origine & causa & fine sacrificiorum, de sacrificijs in vera fide & seriâ pœnitentiâ offerendis, sollicitè admodum disseruisse, obœdientes fuisse consolatum, inobœdientibus DEI pœnam minitatum fuisse, id quod ex abundante Gen. 4. historia sacrificij Cainis & Abelis priore disputatione latius explicata confirmat.*

Applicatio hæctenus dictorum.

A 3

7. Esli



*Confirmatio
uberior pri-
mi argu-
menti.*

*Secundū ar-
gumentum,
quod veteres
concionati
sint de passi-
one Messie
sub sacrifi-
ciji, sumtum
ex historia
Abrahami.*

*Abraham a-
dificat al-
tare,*

*Abraham
invocat De-
um juxta
altare.*

VII. *Eck* quidem fatemur, his ipsis jam recensitis formalibus li-
teris illa omnia in Genesi vel alibi non extare, tamen diffiteri ne-
mo audeat, quin tertij & quarti capitum Genesi *ovixua* de rerum
coherentium æstimata & sanctè dijudicata potentia aliud admit-
tere nequeat. Quod autem docuit ante diluvium Adam, & ad
posteror suos sedulo propagavit, eadem tum alij successores ipsius
fecerunt, tum cum primis post diluvium Abrahamus credidit, &
suos posteros docuit fidelissimè, id quod inde probatum dabitur,
quia sicut sine dubio Adam docuit de semine mulieris contrituro capue
serpentis, ita Abrahamus docuit sine omni dubio de eodem semine, sed
jam specialiter promisso & prodituro ex suo corpore, in quo semine ni-
mirum benedicendæ sint omnes gentes.

II X.

Brevissimis illa verbis in Genesi describuntur, at verò in se-
se amplissimos de rebus illis ipsis continent involucos & magnos
Commentarios. Utiq; enim Abraham sacrificavit in altari, quia cum
alias altare aliquod extruxisset. Et si sacrificavit, sicuti sacrificavit,
utiq; suos omnes docuit etiam de origine mundi, de lapsu &
restaurations generis humani per semen promissum, de origine &
usu seu sine sacrificiorum, ne videretur DEUM colere tali cultu,
quem Deus non esset approbaturus. Hoc utiq; nemo inficias ibit,
Sicut enim hodierni concionatores baptismi originem si tene in-
culcant, ne videantur inanem tractare ceremoniam, ita in eodem
genere diligentia multò magis fuisse sedulo occupatum Abraha-
mam, quilibet certissimè statuet.

IX.

Deindè inter sacrificia, quod textus clari habent, seu juxta al-
tare invocavit Abraham nomen Jehovæ, Gen. 12, 7. 8. & 13, 4. 18.
Sed quomodo potuit juxta altare invocare nomen Jehovæ, nisi illius in-
specie, qui ipsi ex suo semine & sanguine promiserat & daturus e-
rat semen benedictum, Messiam Dominum, in quo benedicendæ
essent omnes gentes seu familiae terræ.

X.

Audi optime Lector plura, Hac promissione Abrahamo data de
Messia ex genealogia Abrahami prodituro & nascituro intra ter-
ram

ram Chanaan certo tempore, incitatus Abraham deseruit illic patriam suam Gen. 12, 1. 2. 3. 4. 5. 6. & venit in terram peregrinam Chanaan, patriam futuram Domini Messiae, ipsi divinitus promissam, & à Deo tradendam, & post iter longum confectum, & post ingressum in terram Chanaan tanquam in Patriam Messiae, in Patria ista Messia edificat altare, & in hac patria Messiae invocatur nomen Jehovæ: expectatq; ibi, cujus loci possessionem ipsi attributurus esset DEUS, tanquam loci, in quo nasciturum esset semen benedictum ex ipso & ex semine suo.

XI.

Præterea tanta in Abrahamo tunc fuit fiducia & læticia, ut (pro more suo, ex causis suis missionem Messiae differente Jehova) ipse tamen expectare & peregrinari in eadem terra pergeret, & intra oppida sibi met habitationem nullam conduceret, sed foris semper tantummodò in tabernaculis cum omni sua amplissima familia habitaret, habens oves, boves, asinos, servos, famulas, Camelos, Gen. 12, 16. inq; conductis locis tantum erigeret & transferret de loco in locum per integros centum annos tentoria sua Gen. 12, 8. 9. & 13, 18. & 18, 1. 2. 6. 9. 10. & 24, 67.

XII.

Et si autem DEUS ipsi & semini suo promiserat illam terram in qua nasciturus & appariturus esset Messias, tamen missionem Messiae ulterius distulit Jehova: Ac etsi vidit Abraham missionem Messiae differri, & mortem suam appropinquare, tamen non modò non doluit, quod in terra Chanaan ne passum pedis toto vitæ suæ tempore possidere potuit, quin ex magna alia fiducia agrum saltem pro sepultura emit, Gen. 23, 8. & seqq. ut mortuus expectaret adventum in illam suam patriam Messiae.

XIII.

Post Abrahamum Isaacus & Jacobus per alios centum annos in tabernaculis extra oppida intra terram Chanaan, patriam Messiae futuri futuram, & Patri Abrahamo feminiq; suo promissam habitant & præstolantur, tum terræ ipsius traditionem tum Messiae adventum in illam terram, sed iterum frustra, DEO suis divinis consilijs missionem Messiae sui ulterius differente. Interim autem docent suas ecclesias & sacrificant, Gen. 25, 10, 26. & 26, 10. 11. 25. 28. & 31, 25. 33. 34.

Abraham
patriam deser-
ta expectat
aliam ter-
ram sibi di-

vinitus tra-
dendam.

Abraham
cur in nulla
urbe & do-
mo postremis
annis, sed
semper ex-
tra urbes in
tentorijs ha-
bitavit.

Abraham
Isaac, Jacob
per 200. an-
nos, habita-
runt in cam-
pis, in ten-
torijs.

14. Ex

Ex his locis mutuata est Epistola ad Hebræos istam suam relationem, Hebr. 11. 8. 9. *Per fidem vocatus Abraham auscultavit (DEO) ut abiret in locum quem accepturus erat, pro hereditate, & exiit, nesciens quo esset venturus. Per fidem commoratus est in terra promissionis ut aliena, ut QUI HABITARIT IN TABERNA CVLIS cum Isaac & Jacob coheredibus ejusdem promissionis. Huc illud Actor. 7. in concione Stephani, DEVS visus est patri nostro Abrahæ, quum esset in Mesopotamia & dixit ad eum, Exi è terra tua in terram quamcumq; indicaro tibi, Tunc exiit è terra Chaldeorum, & transtulit eum in terram hanc, in qua nunc vos habitatis. Et non dedit ei possessionem in ea, NE VESTIGIVM quidem PEDIS, quamvis promississet, se daturum ei eam obtinendam, & semine ejus post eum.*

De promissa terra Chanaan Abrahamus in vita nunquam vel passum pedis possidere ut proprium potuit.

Susceperat quidem Abraham, (ut ad illum redeamus) cum consensu uxoris Saræ Ismaelem ex ancilla Hagar. Nimirum Sara ex Abrahamo sobolem generari posse rata, ac suum effectum corpus & suum uterum generationi amplius non competentem intuita, suadet Abrahamo istud rationi aridens consilium de superinducenda alia uxore, Haggara. Verum ilico corripitur à DEO uterq; Gen. 17 ubi DEUS ad ipsum primo dicit, Ambula coram me & esto perfectus, ponamq; pactum meum inter me & te, & multiplicabo TE vehementissime, neq; vocabitor ultra nomen tuum Abram, sed Abraham, quia patrem multitudinis gentium posui te, Deinde dicit quoq; de Sara, Sarai uxoris tue nomen non vocabis Sarai, sed Sarah erit nomen ejus, Et benedicam ei AC ETIAM DABO EK EA tibi filiam, benedicamq; ei, eritq; ingentes, & reges populorum ex ea erunt.

Culpantur Abraham & Sara propter superinducendam Hagar.

sic igitur (referente & explicante Apostolo Rom. 4. 18. 19. & c.) Abraham contra spem sub spe credidit, ut fieret pater multarum gentium, secundum id quod ei dictum fuerat; Ac minime imbecillis fide non consideravit suum ipsius corpus jam emortuum, quum centum circiter natus esset annos, nec emortuam vulvam Saræ, Adversus autem DEUM non disceptavit infidelitate, sed robustus factus est fide, data gloriæ DEO, Ac plenè persuasum habens eum quod promiserat, posse etiam facere, quapropter etiam imputatum est ei pro justitia. 17. Ecce

XVII.

Ecce igitur, *Lector Christiane*, 1. Abrahamus à DEO ex gratia & ex singularibus rationibus DEO cognitis eligitur, ut sit is, ex cuius linea, genealogia, & posteritate, ex cuius sanguine & semine tandem nascatur Messias, 2. Terra Chanaan à DEO singularibus rationibus DEO rectius cognitis eligitur, intra quam deinceps Abrahamus ipse, & Abrahami linea & genealogia seu posteritas habitare debeat, & intra quam terram ex eadem genealogia Abrahami tandem prodire debeat Messias. 3. Abrahamus propter hanc promissionem divinitus complendam ex Patria Mesopotamia divinâ voce evocatur, ut relicto solo patrio, relicta familia patris, relicta omni cognatione parentum illicò & confestim & sine mora sese conferat ad terram Chanaan, ibiq; præstolatur, non vi occupet vel totam terram Chanaan, vel particulam unam illius terræ, (*sicuti ante legitimum & DEO complacens tempus faciebant, & malis iccirco tanquam poenis obruebantur Ephraimitæ quidam* 1. Par. 7, 20. 21, 22.) sed expectet DEUM traditurum ipsi promissam terram citra suam operam, ut in eadem habitet, & generet filios, utq; ex filijs seu posteris Abrahami tandem intra eandem Messias nasci queat. 4. Abrahamus centum annos expectat in eadem, habitans interea cum omni numerosa sua familia tantummodò in tentorijs seu tabernaculis, quotidie immò in singula momenta sperans, quando jam tandem DEUS ipsi vel totam terram vel partem ejus tradere velit, ut relictis tentorijs intra domos & urbes habitare queat. 5. Abrahamus videns differre DEUM promissionem (*sicuti ab Abrahamo ex patria evocato ad natum DEVS pro-Christum decurrerunt anni ferme bis mille, juxta Chronicon Funcij missionens* 1938.) non quidem emere præsumit ullum prætorum, ullum a-
Summa verum, quas Abrahamus in suis concionibus & sacrificiis per CENTVM annos in AGRIS indefinenter tractare necessum habuit, sicuti tempore pestis antebelli concionatores de bello & peste crebrius disserunt.
 grum, ullam domum, ullum pagum, quod dirissimus ipse & vel datâ quam-
 Baronem opulentum si non superans, tamen opibus exæquans, facti diu distul-
 cilimè facere potuisset, sed tamen emit pro sepultura solummodò rit.
 speluncam à filijs Heth. Gen. 24. in qua sepelitur Sara, imò & ipse
 Abraham Gen. 25, 9. 10. ut ita mortuus tamen expectaret promissum, & in eadem terra patria sua nasciturum Dominum Messiam.

XIX.

Agnoscas lector, fidem in Abrahamo erga semen contritu-

B rum



rum caput serpentis, erga semen, ex sese proditurum, in quo benedicendæ essent omnes gentes terræ, cujus impetrandi gratia patriam deseruerat, & in exilio per centum annos in agris habitabat, fidem, inquam, vegetissimam, robustissimam, nec in morte vel tantillum deficientem, aut solummodo nutantem, quæ etiam omnibus in exemplum inculcatur ab Apostolo Rom. 4. fidem iteram, inquam, in semen, in quo benedicendæ essent omnes gentes terræ, in semen jam sibi suæq; lineæ specialiter promissum, & ex ipsa proditurum, olim autem Adamo & Evæ ita promissum, quod contriturum erat caput serpentis, & quod in calcaneo à serpentis morsu erat atterendum, in semen passurum & moriturum, in semen interea quoad passiones sustineandas à sacrificijs adumbratum, depictum, representatum.

XIX.

Jam verò tu ipse Lector ex te estima & adde reliqua. 1. Abraham: An potuerit talem, qualis hucusq; fuit descripta, fidem in Messiam habuit. 2. Abrahamus Abrahamus in cœtibus suis sacrificavit. An igitur existimabis, inter sacrificia quod in conventibus sacris & inter sacrificia tantummodò docuerit & differuerit de D E O uno, deq; creatione mundi, An non potius existimabis & certissimo astrues, ab Abrahamo inter sacrificia de semine, in quo benedicendæ essent omnes gentes terræ, nihil crebrius, nihil magis fuisse tractatum, quam id, quod semen quoddam ipsi erat promissum, semen benedicturum toti generi humano, semen ex ejus posteritate proditurum, semen ex ejus posteritate non nisi intra terram Chanaan proditurum, semen passurum & moriturum, cujus seminis promissi causa ipse dereliquerat solum patrium, cognationem omnem parentum, cujus causa devenerat in terram Chanaan, cujus causa intra terram Chanaan exul præstolabatur, cujus causa expectabat traditionem possessionis istius terræ, cujus causa ne agrum pro pecoribus, ne domum pro habitatione propria sibi emere volebat, cujus causa D E O credere non erat cessaturus, licet differretur terræ Chanaanis traditio & ejus ipsius seminis missio in annos admodum & admodum seros.

XX.

Utriq; lector, qui hæc, quæ verissima in Genesi nobis inculcantur, paulò attentiore computaverit animo, jurabit, ab Abrahamo inter sacrificia & conciones de Messia nascituro, passuro, morituro, non fuisse non dictum, actum, tractatum copiosissime, creber,

creberrimè & sanctissimè. Cur enim de his ipsis non locutus fuisset, qui horum omnium causa exilium illud diuturnum sustinebat, DEO patientiam & fidem in eam diuturno exilio probabat confidentissimè, credens ei contra spem, supra spem, in spem.

XXI.

Religionis Orthodoxæ (de quadam fundamentalis articuli ejusdam quæstione) causa ab hypocritis vel hæreticis extra patriam in exilium extrusus utiq; pro concionibus in tractationem ejusdem ipsius incidens, exilioq; admonitus controversam quæstionem sæpius accuratius solet, & majori cum zelo repetere & confirmare. Quidni Abraham idem fecisset, in exilio suo, quoties scilicet sacrificavit, toties lapsus & reparationis generis humani, ut & Christi passuri, tanquam seminis ex sese orituri non mentionem non semper habuit maximam.

XXII.

Christus in novo Testamento addit, *Abrahamum exultasse ut videret suum (Messiæ) diem, & ipsum vidisse diem istum Messie, & gavisum fuisse, adeoq; quod ex antecedentibus apud Johan. 8. venit accersendum, se Messiam esse majorem Abrahamo, & Abrahamum cum reliquis vidit diem Prophetis sermonem Messie servasse, & ideo gustare mortem in æternum Iesu Christi non posse.* Quæ verba indigent singulariore aliqua æstimatione, & quomodo ex qua totum hoc negotium, de quo nunc agitur, etiam plus lucis de- accipiet.

XXIII.

Visio dicebatur olim, quæ postea fuit dicta prophetia, sicut clarè docetur 1. Sam. 9. 9. *Olim in Israel sic dicebat quisq;, quando ibat ad inquirendum DEVM, Venite & eamus usq; ad videntem, quia qui Propheta hodiè, vocabitur, olim Videns.* Vocatur Videns Samuel, 1. Sam. 9. 11. Gad, 2. Sam. 24. 11. Omnes alij Propheta temporibus Hoseæ Regis, 2. Reg. 17. 13. & tempore Manasse, 2. Par. 33. 18. Item Iddo 2. Par. 12. 15. Item Iehu filius Anani, 2. Par. 19. 2. Sicut etiam ipsorum conscriptæ Visiones doctrinæ Prophetiæ, 2. Par. 9. 19.

XXIV.

Comprimis illustris est locus Habacuc 2. 2. *Scribe visionem & Quo modo explana in tabulis, ut percurrat eam qui legerit eam, unde sicut etiam Visiones suas ex Elai 30. 8. & Jeremi. 36. 2. colligere promptum est, quod Propheta Prophetias per visionum revelationem acceptas describere, promulga- & Jerosolymis publicè affigere soliti fuerint. Prophetæ rint populo.*

seu Videntes, quemadmodum in Academijs, vulgariter sic appellatae Intimationes publicari consueverunt. Et haec Visionum appellationes in Prophetarum Scriptis crebrius occurrunt.

XXV.

Omittimus brevitatis studio plurimum exemplorum inductionem. Etiam Prophetiae seu Visiones dicuntur *verba DEI*, Esa. 2, 1. Verbum quod vidit Esaias, super Jehuda & Jerusalem, sicut vice versa, Prophetia, videtur Esa. 13, 1. Prophetia Babel, quam vidit Esaias. Visio igitur nihil est aliud quam cognitio revelationis divinae factae de sua voluntate vel de rebus futuris per objectas visibiles figuras aliquas, idque sive ecstaticis, sive somniantibus, sive alia ratione. 1. Reg. 24. & 2. Par. 18. Prophetiae Michah revelatur divinitus, qui sit fururus exitus belli quod conjunctim gerere volebant Josaphat & impius Achab. Vidit (inquit) universum Israel, dispersos super montes velut oves, quibus non est pastor, dixitque Jehova, Non sunt domini istis, revertatur quisque domum suam in pace. Item Vidi Jehovam sedentem super solium suum, atque universum exercitum caeli stantem juxta dextram ejus & juxta sinistram ejus, Dixitque Jehova, Quis decipiet Achab &c. Legantur etiam visiones exhibitae Esa. 6, 1. Jerem. 24, 1. Ezech. 1, 4. & 37, 1. Amos 8, 1. Zach. 4, 2. & 5, 2. & 6, 1. Sic in novo Testamento Pauli 2. Cor. 12, 1. & passim per Apocalypsin.

XXVI.

Ceterum opera magnum pretium fuerit, paulo accuratius expendere, quam fortissimis impressionibus & quam validissimis representationibus visiones divinas suas Dominus caeli & terrae exhibere solitus fuerit. Danielis 2. cap. somniaverat Nebuchadne-sar divinum somnium, illudque rursus statim fuerat oblitus. Sed quia impressionem fortissimi somnij perceperat, omnibus modis laborat, ut somnij summam recuperare queat. Jussit ergo convocari genethliacos, astrologos, maleficos, & Chaldaeos, ut somnium amissum regi indicarent, cumque hoc facere non possent, ex ira & furore magno jussit eos interfici. Itaque lex egressa est & sapientes interficiebantur, & quaesiverunt Daniele & socios ejus, ut & isti interficerentur.

XXVII.

Utiq; si somnium Nebuchadne-zari fuisset vulgatum, leve, tenueque;

Visiones Prophetis inestimabili cum fortitudine impressae fuerunt.

tenueq; , ut solent nostra esse subito evanescentia, tantam ille propter somnium tragœdiam nequaquam excitare sategisset. Cum verò tantoperè sæviat in magos ob somnium seu ob visionem sibi divinitus factam (ut nominatur Daniel. 2, 31. 34. 41. 43. 45.) utiq; eadem visio ipsi à D E O fuit impressa quasi cum tonitru seu fulminatione seu fulminationis coruscatione terribili, unde tantoperè commotus fuit omnis spiritus iphus, ut postea nunquam alias res cogitare posset, ut nullam requiem sentire vel ad momentum unum posset, sed ut subinde specierum visibilium figuris antea oblaris, & validè impactis, quasq; per omnes venas totius corporis sibi met adhuc viventibus & discurrentibus urgeretur, & stimularetur, de significatione ipsius somnij sine dilationibus ullis inquirenda.

XXIX.

Sæpenumerò tam valida sunt *Physica quædam somnia*, verbi causa, cum quis somniavit se reperisse nummos, eosq; interea repositos sub cervicali, ut manè evigilans certò statuar, non fuisse illud somnium, sed rem vera sic gestam fuisse, adeoque incipiat revoluto cervicali repositos, sed frustra, inquirere nummos, sicut apud Lucianum *Micyllus* per somnium opulentissimus, sed exportatus certò erat *Iro pauperior*. Quanta sit vis quorundam temperamentorum melancholicorum, notum est, & *Cælius* lib. 17. c. 2. A. L. his verbis commemorat, ex *Gal.* 3. de affectis locis, quosdam invenias, qui se putent, *sigillum vas*, quamobrem contactum hominum & omnino propinquitatem extimescunt, ne comminuentur vel decurrentur: alij putant se gallos esse factos, unde gallum conspicati ipsi quoq; motitant brachia & canunt, sunt quos perpetuò timor percellat, ne mundum fulciens *Atlas* labascet, & ex ruina cœli ipsi pereant, proinde fugam semper meditantur, ut si fieri possit, extramundana claustra sese proripiant.

XXIX.

Quanta sit validitas impressionis & impressionis in somnijs *Diabolicis*, hoc est, quàm validas visiones suis asseclis *Dæmon* offerre consueverit, ex eo constat omnibus, quod *veneficæ* repleta domus defidentes & lectulis suis affixæ, ramen jurant se per aërem ad convivia solennia *Diabolorum* & *veneficarum* aliarum fuisse alio vectas, idq; noctu, & quod speciatim denominant alias, quæ com-

B 3

munibus

Quædam naturalia somnia valde sunt fortia, infinites fortiores fuerunt somniationes & visiones Prophetica, quæ divinitus ijs imprimantur. Melancholia fortissima.

Somnia Diabolica veneficarum fortissima.



Demon om-
nes venefi-
bas novit un-
de veneficis
his veneficas
illas notas
reddit, per
quod etiam
jam dictum.

munibus istis epulis & choreis interfuerunt, earumq; describunt
staturam, formam, ætatem & figuram. Legantur in hanc senten-
tiam aliqua apud Lutherum in declamatione super præceptum pri-
mum Decalogi. XXX.

Quanto ergo plus & magis omnipotentissimus DEUS san-
cta verba sua Prophetis suis per somnia & visiones instillaturus,
ipse Creator, uti potuit impressionibus vivacissimis, representati-
onibus valentissimis & fortissimis, quæ in carne & sanguine & spi-
ritu Prophetarum quasi viventes & instar ferventissimorum spiri-
tuum discurrentes, nullam requiem ipsis concederent, sed ad elo-
quendum, ad admonendum, & ad faciendum imperata Prophetas
adeo impellerent & truderent, ut nec contemptum nec contume-
liam nec interdicta nec minas regum, nec cruciatus ullos cura-
rent, sed sibimet oblata, prout erant oblata, profiterentur & popu-
lis inculcarent. Hinc igitur est illa Prophetarum confidentia &
παρρησία. XXXI.

Vnde in Pro-
phetis tanta
animi forti-
tudo.

Hinc quod Actor. 16, 6. peragrata Phrygia & Galatica regio-
ne **VETATI** sunt à Spiritu sancto loqui sermonem in Asiam Apo-
stoli, & quum venissent in Asiam, **TENTABANT** ire in Bithyniam,
sed non **PERMISIT** eis Spiritus; Et Actor. 17, 16. Athenis irrita-
batur Spiritus Pauli in ipso adversus idolatriam Atheniensium, &
18, 21. proposuit sibi Paulus per Spiritum peragrata Macedonia &
Achaia proficisci in Jerusalem, 2. Cor. 12. nescit Apostolus an vi-
sionem in corpore an extra corpus viderit & audiverit.

Ecce vim
visionum.

In primis verò notatu valde dignum est, quod Baruch Scriba
suo cap. 36. Jeremias in carcere conclusus, dicitur ex carcere omnes
Prophetias, quas à Domino acceperat à decimo tertio anno regni
Josia, (Jerem. 1, 2.) usq; ad annum quartum Joachim filij Josia
(Jerem. 36, 1.) hoc est, quas sparsim & particulariter per 23 annos
divinitus acceptas Judæis publicaverat. Scribit Baruch & insu-
per omnes Prophetias 23 annorum iisdem prioribus verbis con-
scriptas toti Ecclesie publicè perlegit. Hic igitur mirantur con-
formitatem Scripturae istius congruentissimam cum prioribus
verbis formalibus priorum Prophetiarum particularium, & in-
terrogant Baruchum dicendo, *Nuncia nunc nobis, quomodo scripseris o-*

omnia

omnia verba ista ex ore eius. Audi jam & arrige mentem lector. Respon-
dit eis Baruch, ORE SVO LEGEBAT mihi omnia verba ista, & ego scribe-
bam in libro, atramento. XXXIV.

Ergo Jeremias Propheta vigilans habet novam visionem
seu revelationem divinam, in qua DEUS, ut lectorem plenius erudire
valeam, omnium per annos 23. particularium revelationum
verba & versus in quadam Spirituali mappa seu tabella Jeremiae
in Spiritu ob oculos mentis constituit, unde suo Scribae Barucho
LEGIT, LEGIT inquam, ut habet textus, omnia verba ista, & ea-
dem excipienda dicit Barucho. Sicut enim Praeceptor in Cathe-
dra ex charta dictans discipulis textum, oculos & caput non nihil
inclinat ad chartam in cathedra positam, ex qua aliquid dicitur, ita
Jeremias caput inclinat ad Spiritualem & Propheticam sibi obla-
tam figuram, & ex illa ore suo LEGIT, & dicitur Barucho omnia
verba ista, ut novae Prophetiae cum veteribus antea recensitis
quoad verba penitissimè congruerent. Id quod alias impossibile
fuisse futurum. XXXV.

Per tales & tam validas impressiones DEUS Esaias Propheta
in spiritu ob oculos spiritus potentissimè representavit nativita-
tem pueruli Christi, ut etiam tandem passionem, mortem, sepulta-
ram & resurrectionem Messiae. Nimirum cur in Prophetico divi
no validissimo somnio vidit Esaias pueri Christi nativitatem &
figuram, vidit adultioris Christi figuram, vidit Christi hostes, vi-
dit hostium machinationes erga Christum virum illum Domini,
vidit cruciatus passionis ipsius, longè longè infinites infinitesq;
clarius ac fixius in mente spirituali sua, atq; nos saepe numero som-
niamus nos pari, & in somnio ploratum & ejulatum iccirco edi-
mus. XXXVI.

Et haec est causa, cur de nativitate Christi tam aperè terribat,
ac si jam contigisset, Esa. 9, 6. Parvulus nobis natus est, filius datus est in visione
nobis, nimirum quia parvuli Christi ideam Esaias in visione poten-
tissima Deus subiecit. Propter eandem causam cap. 53. 2. dicit, non
est species ei, nec decor, & vidimus eum, & non erat aspectus, Quasi
absconditus vultus ejus & despectus, unde nec reputavimus eum, ve-
ro langvores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit, & nos
putavimus eum quasi plagis affectum, & percussum à Deo & humiliatum.

Ipse locationem
Et

ORE LE-
GIT Iere-
mias, quan-
do Scriba
suo in cala-
mum dicitur
Prophetias.

Similitudo.

Cur Prophe-
tae utantur
praeteritis &
presentibus
pro futuris.

Haec omnia

vidit Esaias
in visione
spirituali
fortissima,
quoad per-
sonarum sta-
tura facie,
qualitatem

Iple autem vulneratus est propter iniquitates nostras, posuit Dominus in eo omnium nostrum iniquitatem: non aperuit os suum, sicut agnus ad mactationem ductus fuit, velut ovis coram tondeute se obmutuit nec aperuit os suum, De angustia & iudicio sublatus est, Dominus voluit contere eum, quum posuerit seipsum anima eius sacrificium pro delicto, &c.

XXXVII.

Sicut enim *Jeremias* suas Prophetias dictavit *Barucho* ex concepto, divinitus validissimis impressionibus spiritui animæ eius potentissime proposito, ita *Esaias* in potentissima visione, ceu in validissimo fortissimoq; somnio divino vidit ipsam genuinam figuram carnis Christi, vidit eam nasci ex virgine ipsius oculis potentissime objecta, vidit clamorem populi, vidit prodiciones populi, vidit actum mactationis Christi. Sicut autem ista omnia vidit *Esaias* non tantum spiritualiter, (sicut nos nunc spiritualiter haberiolumur de gaudijs æternæ vitæ.) sed ita spiritualiter ut in spiritu extaret figura hominum, & rerum ab hominibus in passione gendarum, ita quoq; *Zacharias* in visione ceu somnio Prophetico quasi realissimum vidit actum Christi intra *Jerosolymam* & quidem intra certum latus *Jerosolymæ* inquirantis: unde post visionem sibi oblata potentissimam exclamat, *Ecce rex tuus super asinum, & super pullum filium asine.*

XXXVIII.

Eodemq; modo æstimanda & explicanda sunt omnes visiones reliquorum Prophetarum, qui in præterito tempore Grammatico de Christi adventu, passione, morte, resurrectioneq; iccirco scripserunt. Et hoc est fundamentum regulæ Theologicæ istius, quod *Propheta usurpent præteritum pro futuro*, certitudinis causa. Aliqui in futuro tempore Grammatico quidem Prophetati sunt, sed tamen nihilominus suarum prædictionum viderunt figuras. Ideo autem tempora alternari à Prophetis voluit Dominus, tum ut per futura admonerentur Ecclesiæ, nondum exhibitum esse Messiam, tum ut per præterita de certitudine evidentissima tantarum promissionum semper redderentur certissimi.

XXXIX.

Porro quin illa omnia, quæ in Spiritu isto ista ratione **VIDE-
RUNT**

Et cur hæc
vel impossi-
bilia vel dif-
ficilia facta
fuisse cre-
atori DEO,

Regula The-
ologica.

AVNT Prophetæ, illa inquam omnia de Christo & Ecclesijs suis *visione* *oblatas tante*
annunciaverunt evidentissime, neminem fore arbitror, qui in *occultare nec*
cias sititatus. Nec enim sine alio Spiritus sanctus tantas de Christi *Propheta.*
nativitate, passione, morte & resurrectione impressiones, figuras, *quam so-*
visiones exhibere voluit, potuit, debuit, nisi ut de iisdem omni *mnum a-*
bus rebus ad cognitionem Christi salvificam tum quoq; pertinen- *missum re-*
tibus omnes edocerentur & erudirentur Ecclesiæ. Si Spiritus san- *cuperare*
ctus tantas Propheticas revelationes de Christo ante novi Testa- *mordicus la-*
menti initium voluisset constare solummodo Prophetis solis, pro- *boravit Ne-*
pter usum privatum, utiq; porius nullos Prophetas excitare & in- *bucadnezav*
flare debuisset. **XL.**

Huc referantur illa novi Testamenti declaratoria illustrissi- *apud Da-*
ma, quæ ad amissim confirmabunt omnia ista, de quibus huc usq; *videl.*
egimus. Actor. 3, 24. Omnes Prophetæ à Samuel & deinceps qui locuti *in quib-*
sunt, etiam **ANNUNCIABERVNT DIES ISTOS**, scilicet in qui- *bus*
bus trucidatus est auctor vitæ, & vicissim excitatus à mortuis vers. *15.*
15. præcedente. in quibus **DEUS**, quæ prænunderat per os omni- *um*
um Prophetarum suorum, Christum passurum, ita implevit, ver- *su*
su præcedente. 18. in quibus oportuit, ut Christus caperet cælum, *usq;*
usq; ad tempora restitutionis omnium, quæ prædixit **DEUS** per *os*
os omnium sanctorum suorum à seculo Prophetarum versu præ- *cedente*
cedente 21. Si igitur prædixerunt olim **DIES ISTOS** trucidatio- *nis*
nis Christi, excitationis Christi, passionis Christi, exaltationis *Christi,*
Christi, utiq; eosdem **ISTOS** cum his circumstantijs in suis *VISIONIBVS*
VISIONIBVS olim cognoverunt, Et si **ANNUNCIABERVNT** *utiq;*
utiq; non tacuerunt, sed in concionibus & in acti- *bus*
bus sacrificiorum talia seu **TALES DIES** populo sunt concionati, *&*
& Prophetarum postillaribus concionibus sine omni dubio *visi-*
visi fuerunt omnes & cuncti & singuli Sacerdotes, *visi-*

XLI.

Audi plura declaratoria novi Testamenti de his ipsis rebus, *Actor.*
Actor. 10, 43. Huic (cum quo tam multa sunt gesta in Judæa inde *à*
à prædicatione Johannis usq; ad resurrectionem ejus, versu præce- *dente*
dente 37. 38.) Omnes Prophetæ testimonium perhibent, remissionem *peccatorum*
peccatorum accipere per nomen ejus omnes qui credunt in eum, *1. Pet.*
1. Pet. 1, 10. 11. De qua salute *inquisiverunt & scrutati sunt Prophetæ,* qui

D

de ven-

De ventura in vos gratia Prophetarum, scrutantes, in quem aut cu-
jusmodi temporis articulum prænunciavit ille, qui in ipsis erat Spiritus
Christi, declararet venturas in Christo passiones & gloriam
illas consecuturam. Quibus & illud revelatum est, quod NON
SIBI (quia ipsi promissa veteres non sunt adepti Hebr. 11, 13. 33.
39.) SED NOBIS ea administrarent, quæ nunc annunciata
sunt vobis, &c.

Actor. 7, 52. Quem Prophetarum non sunt persecuti patres
vestri, Et occiderunt eos qui prænunciabant de adventu Justi, cujus
vos nunc proditores & homicidæ fuistis.

XLII.

Et ex Prophetis visionibus (quibus doctrina de Christi
nativitate, passione, morte, resurrectione, regno per fortissimas
impressiones tanquam per clarissima & validissima verba divina
fuit revelata, sæpius restaurata & renovata,) non possumus non
agnoscere maximam DEI, erga totum genus humanum Philan-
thropiam DEI Patris, qui hoc medio Filij sui meritum voluit
clarissime olim omnibus manifestare, & Judæis & gentibus. Ex-
empli enim gratia, in Esaiâ non tantum reperiuntur visiones de
Judæis, sed & de gentibus cap. 13. de Assyrijs cap. 17. de Æthiopi-
bus cap. 18. de Ægyptijs cap. 19. Et quia gentes noverant prædica-
tionibus intra Judæam promulgatis semper certissimum respon-
dere eventum, ideo Prophetas persequere eventum, ideo Prophetas persequere
sicut sollicitè Babylonij missis legatis quærent de por-
tento Solis retrosum conversi tempore Ezechia 2. Par. 32, 32.

An Prophetis divinis

XLIII.

Immo sicuti tempore Abrahamæ notum erat, omnes gentes tēr-
ræ benedicendas esse in Melsia, semine Abrahamæ, ita sequentibus
seculis Prophetæ etiam ediderunt prædictiones & visiones de me-
rito Christi ad gentes æqualiter pertinente, compositiq; fuere Psalmi,
quibus ad sacrificia, meriti Christi typos, incitarentur, Psalm.
96, 1. Vocaturq; Melsias expectatio gentium, Gen. 49, 10. Gentes
dicuntur hæreditas & possessio Christi, Psalm. 2, 8.

inquirendis

Ethnici ali-

quid opera

tribuerint.

XLIV.

Præterea statim post insignem Evangelicam concionem
Esa. 53. idem Propheta cap. 54. gentes invitat his verbis: *Laudate*
vultu

vilis quæ non paris, decanta laudem & binni quæ non pariebas, quoniam
multi filij deserte magis quàm ejus quæ habebat virum, dicit Dominus, Mich.
4, 2. Properabunt gentes multe & dicent, Venite ascendamus ad montem
Domini, & ad domum DEI Jacob, & docebit nos de vijs suis, & ibimus in
semitis ejus, quia de Sion egredietur lex, & verbum Domini de Jerusalem,
Malach. 1, 11. Ab ortu enim Solis usq; ad occasum magnum est nomen meum
in gentibus, & in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio mun-
da, quia magnum est nomen meum in gentibus, dicit Dominus exercituum.
Actor. 2, 39. Vobis est repromissio & filijs vestris, & omnibus, qui
longè sunt, quoscunque advocaverit Dominus DEUS noster.
Actor. 10, 34. 35. DEUS non respicit personas, sed in omni gente
qui timet eum, & operatur justitiam acceptus est illi.

XLV.

Et si verò quædam oracula sacra videntur taneummodo ad
tempora Messie respicere, tamen quia Messias fuit inde à lapsu,
usq; ad Danielis tempora (in quibus specialior adventus ejus de-
terminatur,) singulis annis, singulis mensibus, singulis diebus,
singulis horis & singulis momentis in expectatione desideratissi-
ma, ideo cuncta oracula sacra de vocatione gentium tractantia
etiam quorumvis seculorum gentibus auriculas vellere volue-
runt, ut istius Domini adventum, potestatem, beneficia, accuratius
observarent, & ut sese ita prepararent, ut advenientem dignè
suscipere valerent universi, cuncti & singuli gentiles. Qua de re
plura in disputatione de officio Christi à thesi 98. cum sequen-
tibus.

XLVI.

Talium rerum notitia etiam in carminibus Sibyllinis venit
ad Ethnicos, sicut Cicero lib. 2. de divin. scribit, se audivisse in-
terpreterem Sibyllinorum carminum in senatu dixisse, Eum quem
revera regem haberent, appellandum quoque esse regem, si salvi
esse vellent, hoc enim esse in libris, item scribit in libris Sibyllinis
versus continere *ἀγγελικὸν*. Unde Eusebius de vita Constanti-
ni lib. 5. docet, Ciceronem legisse hæc verba *ἀγγελικόν*: *Ἰησοῦς
Χριστὸς Ἰησοῦς σὺν τῷ πατρὶ*, Iesus Christus DEI filius crucifi-
xus. Plura Ethnicorum testimonia in hanc sententiam adduxi
in libro alio.

Q

57. His

Hic ita discussis redeundum est ad illud, quod Christus dicit Johan. 8. 56. Abraham pater vester exultavit ut VIDERET diem meum, & VIDIT & gavisus fuit: & cum primis est circumspiciendum, quid sit illud, Abraham VIDIT diem Messiae. Ipse enim dies Messiae in singulari sine dubio significat praecipuos dies Messiae incarnati, passi, mortui & resuscitati, sicut declarantur Act. 3, 24.

Quid autem sit Abraham vidisse diem Messiae, à Theologis video diversimodè tractari. Rectè faciunt, qui sentiunt, ab Abrahamo fuisse visum diem Messiae in instauratione promissionis de Isaaco, utpote ex cujus non verò ex Ismaëlis linea erat proditurus Messias. Interim etiam non negligenda, sed etiam magnificanda est Augustini expositio, quam super hunc ipsum locum Johan. 8, 56. producit contra Maximinum Arriatorum Episcopum lib. 3, c. 26. Verba Augustini sunt haec sequentia: Dixisti autem, si vis credere, quia filius visus est Abraham, utiq; ipse unigenitus in sancto affirmavit Evangelio dicens sic, Abraham pater vester exultavit, ut videret diem meum, & vidit & gavisus est. O disputate, o probate promissa, quasi dixerit DEI Filius, Abraham pater vester concupivit me videre, & vidit & gavisus est, Quamvis & hoc sic adhuc posset intelligi, quod sanctus Patriarcha oculis cordis viderit DEI Filium, non oculis carnis, unde inter nos vertitur quaestio. Sed cum dixerit CHRISTVS, Abraham concupivit videre diem meum, & vidit, & gavisus est, CUR NON DIEM CHRISTI INTELLIGIMVS TEMPVS CHRISTI, quo erat venturus IN CARNE, QVOD ET ABRAHAM, SICVT ET ALII PROPHEAE IN SPIRITU potuit videre atq; gaudere. Hactenus verba Augustini ex tomo 5.

Augustinus de modo secundum quem vidit Abraham diem Christi, pulcherrima scribit.

Abraham juxta Augustinum vidit diem Christi sicut alij Propheetae.

Sed & his suo sine addo, quae habet Augustinus tomo 7, de peccato originali contra Coelestium & Pelagium lib. 2. c. 27. Nunquid & illud quod jubet Abraham ponere manum servum suum sub FEMORE SVO, & jurare per DEUM caeli, aliter, quispiam rectè intelleturus est, nisi Abraham scisse, in qua venturus esset DEVS caeli, carnem de illo FEMORE propagari. Hae iterum fuerunt verba Augustini.



XLIX.

Cum igitur visiones in veteri Testamento fuerint creberrimæ, quemadmodum dicitur fuisse verbum Jehovah ad Abraham in *VISIONE* Gen. 15, 1. quemadmodum etiam DEUS in visio- *Abraham* nibus loquitur Jacobo Gen. 46, 2. Deinde cum Abraham expressè *Propheta* cognominetur Propheta, Gen. 20, 7. Deniq; quia Christus dixit *habuit et iã* quod exultaverit (sine dubio inter alias visiones sibi factas cum- *alias VISI-* primis & ante omnia), videre *DIEM ISTVM SVVM*, & quod *ONES-* *VIDERIT* & quod gavifus fuerit, Utiq; nemo contradicet, sed haud agrè largietur, Abrahamum in Spiritu Prophetico vidisse tales visiones de incarnatione, passione, morte & resurrectione Christi, quales Esaiam & Zachariam, & alios magnos Prophetas Messia de eodem Messia habuisse & suis Ecclesijs inculcasse superius fuit demonstratum.

L.

His igitur ita stantibus, quis amplius ambiget, Abrahamum sub sacrificiorum actibus *apud altare* non tantum simplici modo invocasse Dominum, sed potius quilibet certò statuet, Abrahamum *inter sacrificia* de Messia incarnando, passuro, morituro, & resurrecturo cogitasse, diservisse, monuisse, juxta Prophetias & visiones sibi divinitus factas, & quidem eò fervidius, eò solidius, eò item apertius, quo plus ipsi constabat, juxta visiones sibi oblatas ex suo Femore, & ex suæ posteritatis semine tantum Messiam proditurum, cum primis verò quia hujus ipsius Messia ex se prodituri, & quidem intra terram exilij sui ex se vel posteritate sua prodituri causâ & gratiâ, ipse patriam deseruerat, & in peregrina terra tam diu expectabat donationem loci & traditionem habitationis pro se & pro posteris Messia patribus secundum carnem futuris. Item eò fervidius, quia mandatum habebat de hoc & alijs predicandis Gen. 18, 17, 18, 19. ubi versu 18. fit mentio seminis benedicti.

Abraham sine omni dubio etiã con-
tionatus est
ad altare de
Messia qua-
lem viderat,
VT ALII
Propheta,
PASSV-
RVM.

LI.

Si quis hæc paulò attentius & latius expendit, is utiq; nullum amplius vel minimum dubium habebit, de passione, morteq; Christi *inter sacrificiales actus* in Ecclesijs, Patriarchalibus diligentissime inculcata.

LII.

Pulcrum est hujus ipsius negotij fulcimentum, Gen. 38. in Thamar, quæ nupsit primogenito filio Judæ, & post hujus mortem secundo genito. Etsi verò post mortem secundo geniti facta ipsi fuit spes de conjugio tertio geniti, tamen quia Judas ipsam hoc tertio conjugio defraudare perrexit, astu semen sibi ex Patre ipso Juda conquistavit. Quod autem non sine incestu alioquin abominabili tamen lineæ Christi cognationem desideravit & affectavit, (ideoq; non meretricandi libidine, sed concipiendi voluntate mentita, ut loquitur August. lib. ad Consentium contra mendacium,) ostendit exitus, ubi voti compos facta parit, duos filios, qui & ipsi instar Esau & Jacobi de jure primogenituræ, cui linea Messie erat annexa, mirabili motu & modo in partu dimicant, & ex quorum altero Phares tandem linea Messie continuatur Matth. 1. 3. Quod exemplum præter alia hoc simul testatur, post Abrahamum in familia Isaaci & Jacobi pristinam fidem de Messia in vigore summo permansisse, crebrioribusq; concionibus inculcatum fuisse.

LIII.

Sed & quemadmodum Abraham in exilio, ita tandem Israelitæ, ex Ægypto in terram Chanaan, patriam futuram Messie, introducti, eisdem beneficia à Messia in totum genus humanum conferenda & exundatura plenis buccis ingeminarunt & inculcarunt. Vide disput. 6 super August. Confess.

LIV.

ARGV- MENTVM QVINTVM Utrq; de alijs alibi explicatis hic nihil dicatur, Psalmus 110. Davidis idem ipsum ad oculum nobis confirmabit. Ubi initio in mentem pio lectori revocare operæ precium est sanctæ, quod quod veteres Psalmi, & ante omnia isti Psalmi, qui de Christo loquuntur, et concionati jam divinâ inspiratione & divina revelatione seu visione dictati sint de passione Domini, sint sanctis hominibus & Prophetis prorsus eadem, de quali revelatione & visione divina antea fuerunt proposita plurima.

LV.

inter sacrificia, ex Psal. 110. Utrq; de Christo in legē Mosis, in Prophetis & simul in Psalmis esse scriptum testatur Christus, Luc. 24. 44. & quod nulla Prophetia Scripturæ sit proprii impulsus, non enim libidine hominis allata est olim Prophetia, sed acti à Spiritu sancto locuti sunt sancti

sancti DEI homines, apparet 2. Pet. 2, 20. 21. Consentit de Psalmo 110. in specie, Christus ipse Matth. 22, 43. 44. quando in disputatione cum Phariseis in hac descendit verba: Quomodo DAVID in SPIRITU vocat eum Dominum, dicens, Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis &c.

EVI.

Deinde accuratissime observandum venit, quod totus hic Psalmus de solo Christo loquatur, neq; possit ex minima ulla partem a propriè torqueri, vel à Judæis vel ab alijs, vel in Davidem, vel in alios reges, qua de re, qui volet, legere poterit non tantum nostros Doctores Lutheranos hoc negotium solidissime propugnantes adversus negantes, sed & ipsum Patrem in Calvino Orthodoxo; alioquin typos aliorum doctorum sacrorum maxime urgentem, hic verò coactum nostris consentire.

EVII.

Jam verò in hoc Prophetico Evangelio David Rex, Propheta & Patriarcha in Spiritu videt à Patre suo cœlesti compelli Christum seu Messiam, Dominum suum inter alia in hæc verbis huc ad negotium nostrum quadrantibus, 1. Sede à dextris meis & dominare in medio inimicorum. 2. Juravit Dominus & non pœnitebit eum, Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, 3. De torrente in via bibet, propterea exaltabitur caput.

LVIII.

Hæc tria capita continent doctrinam prorsus Evangelicam, 1. de regno Christi potentissimo. 2. de Sacerdotio Christi à Sacerdotijs Leviticis diversissimo, quod mirum accidit sine dubio Davidi & SACERDOTIBVS præsertim & simul populo talia sæpè audienti, qui ista sacrificia & istos Sacerdotes maluissent semper manere. 3. de passione, morte & resurrectione, & exaltatione Christi.

LIX.

Quod ad Sacerdotium attinet, ut jam modò captum est dici, agnoscit Messiam David talem Sacerdotem, qualis fuit Melchisedech. Melchisedech more primogenitorum vetustissimorum in una persona, fuit rex 77^o Salem, & simul 177^o Sacerdos DEO altissimo,

altissimo. Unde ut Sacerdos benedixit Abrahamo feliciter ex itinere reverso, *his verbis*, Benedictus Abraham DEO altissimo possessore cæli & terræ, & Benedictus DEUS altissimus, quia tradidit hostes tuos in manum tuam, Gen. 14, 19. 20. Vide Ioseph. lib. 1. cap. 11, antiquit.

L X.

Melchisedeck. Esi verò Christus à Davide introducitur ut Sacerdos, tamen non introducitur ut Sacerdos Leviticus, sed prorsus diversus à Sacerdotibus Leviticis. Nam quod colligitur ex Hebr. 7. 6. Melchisedeck non fuit ex linea Abrahami, & ita in specie non fuit ex linea Levitarum, qui sunt egressi ex Abraham, nec etiam fuit ex linea Sem, ex quo Sem descendit Abraham, cum Levitis, penes quas familias Semi Abrahamiq; tum residebat sacrificandi potestas.

L X I.

Melchisedeck ab ipsis Sacerdotibus Mosaicis habitus pro non Sacerdote Mosaico, & Melchisedeck similis debuit ab ipsis haberi Sacerdos Messias. Quapropter Melchisedeck fuit quidem Sacerdos, sed tamen distinctissimus à Sacerdotibus Mosaicis seu Leviticis, quorum officium erat pecora sacrificalia offerre Domino.

L X II.

Interim tamen Christus est Sacerdos, & est æternus Sacerdos, & quidem secundum ordinem Melchisedeck intercedens & deprecans pro toto genere humano, & simul pro hoc genere humano in suo Sacerdotio bibens de torrente, sustinens gravissimas passiones, ex quibus tandem eluctatur, plenè confidet ad dextram æterni sui Patris, dominans in medio inimicorum, donec ponantur scabellum pedum suorum.

L X III.

Atq; hæc fuit confessio & fides Davidis Prophetæ & Patriarchæ, (ut assimilatur Prophetis Patriarchis Act. 2, 25. 30. in hoc ipso negotio de præviso Messia passuro & resuscitando.) fuit inquam hæc Davidis fides de Christo seu Messia, quem speciatim vocat DOMINUM suum, quia cum primis ex regno & Sacerdotio Christi suam æternam salutem dependere quàm sagacissimè perspiciebat, adeoq; noverat, sui causa Christum bibiturum de torrente, sui causa vicissim resuscitandum, & dominaturum adversus Spirituales hostes, ne ab illis absorberetur vel perderetur.

64. Hæc

LXIV.

Hæc utiq; erat summa votorum Davidis, siquidem nequaquam David à Messia, Domino suo, corporalia sperabat vel petebat, & quidem hoc modo, ut pro se & pro suo regno temporali augendo in medium prodiret, pugnaret, pateretur & tamen simul vinceret Messias, ipsumq; Davidem in hac vita immortalē & perpetuum regem præstaret. Noverat David, se moriturum, sicut omnes ipsius antecessores Israëlita, imò sancti Patriarchæ fuerant ex his terris evocati. Habebat speciale de morte sua corporali indicium 2. Sam. 7, 12. in his verbis à Jehova ad ipsum prolatis, cum exacti fuerint dies tui, dormierisq; cū patribus tuis.

LXV.

Quapropter optimè intelligebat, se non exaltaturum ita caput suum post pugnas & passiones aliquas, ut postea in æternum dominaretur. Dum ergo mortem suam expectans Christum seu Messiam vocat *DOMINUM SUUM*, utiq; hunc moriturum, sed simul revicturum fateretur, & ab hoc sperat beneficia corporalia & Spiritualia, & cum primis æternam salutem, tanquam à Rege & Sacerdote suo, qui regia & Sacerdotali sua potestate & efficacia ipsum servum suum esset beaturus & servaturus in morte & post mortem.

LXVI.

Postquam igitur jam constat, quid crediderit de Messia suo rex Prophetaq; David, deinceps perpendendum unicuiq; relinquitur in sacris literis mediocriter versato, an putet quod hanc Confessionem suam de singulari Sacerdotio Christi sacerdotium Leviticum secuturo, excepturo & abrogaturo (siquidem ambo simul vel non præstare non possent) David in secretis ita habuerit & retinuerit, sicuti speculationem de lapide Philosophorum quidam inter arcanissima quædam sua *νεμύλια* ducunt & abscondunt, sibi metq; ipsis solymitanis, solis servant, an verò potius putet, quod Spiritus sanctus tantarum de Messia rerum revelator etiam coarctaverit Davidem, sicuti coarctavit reliquos Prophetas, ut non posset istam revelationem retinere privatim sibi inter arcana quædam, sed potius ut citra moram à prima statim ejusdem revelatione usq; ad ultimam vitæ suæ relam publicè & privatim eam ipsam patefaceret, & promulgari recteq; explicari curaret, in gloriam *DE I* omnipoten-

D

tis &

ris, & in hominum omnium æternam salutem. Utriq; hoc posterius cunctos asserturos esse, nemini dubium erit.

LXVII.

Quoties nomen suum SACERDOTES recordati sunt & nominarunt, toties ansam babuerunt cogitandi, qualenam Christi diversum à suis esset futurum. S A C E R D O T I V M.

Cum primis verò, quia in Spiritu vidit, Christum esse Sacerdotem à Sacerdotibus Mosaicis distinctissimum, iater actus sacrificiales semper istius discriminis recordatus fuit pietissimè ipse, quin & juxta hujus Psalmi sui tenorem illud discrimen prædicari & inculcari fecit, & hoc pacto sacrificia Mosaica typos sacrificij Christi proclamari curavit, adeoq; inter sacrificia meritum sacrificij Christi liquidissimè & sanctissimè propalari fecit.

LXVIII.

Sed & toties eadem doctrina cunctis suis subditis, quin & cunctis seculorum sequentium Israëlitarum Ecclesijs in mentem publicè & privatim non venire non potuit, quoties Psalmi istius centesimi decimi vel meminerunt, vel verba ejusdem legerunt vel etiam audiverunt: non aliter atq; nos hodiè verba illa Christi (Cælum & terra transibunt, Luc. 21; 33.) legentes vel audienturum. S A C E R D O T I V M.

Sed & toties eadem doctrina cunctis suis subditis, quin & cunctis seculorum sequentium Israëlitarum Ecclesijs in mentem publicè & privatim non venire non potuit, quoties Psalmi istius centesimi decimi vel meminerunt, vel verba ejusdem legerunt vel etiam audiverunt: non aliter atq; nos hodiè verba illa Christi (Cælum & terra transibunt, Luc. 21; 33.) legentes vel audienturum. S A C E R D O T I V M.

dicioq; extremo sanctas concipimus meditationes.

LXIX.

Accedimus ad aliud probationis genus, quod nobis suppetit. QVARTVM. dicit 53. caput Prophetæ Esaiæ, in quo (ut brevitati ideò studeamus, quod & supra & alibi de eodem sint plura dicta,) expressè quod veteres sumis verbis asseritur, Christum positurum esse animam suam sacrificium pro peccato.

LXX.

libus conveniunt. Gen. 18. 17. 18. 19. verba continentur Emphatica quædam in hunc modum; Jehova dixit, Nunquid celabo ego Abraham, quod sione Christi ego facturus sum, cum Abraham omninò futurus sit in gentem fuerint. con- magnam & fortem, & benedicendæ sint in eo omnes gentes terræ, Novi enim eum, propterea PRÆCIPIET filijs suis, & domui suæ. POST SE, ut custodiant viam Jehovæ, faciantq; justitiam & judicium, ut venire faciat Jehova super Abraham, quod locutus est super eum.

LXXI.

Eodem pacto non propter aliam causam de Messia revelationes sanctas Esaiæ obrulit Dominus, quam ut eas longè lateq; sparge-

Spargeret & disseminaret. Eò autem fecit Esaias hoc ipsum cum alijs Prophetis ardentiore studio, quo videbat toras duodecim tribus Israël suo tempore nocte dieq; Messia adventum expectare quam ferventissimè. Erat Esaias alioquin in visionibus de Christo publicandis promptior, unde quando gloriam Christi videt Esa. 6, 1. Johan. 12, 40. ipse operam suam ad prædicandum offert his verbis Domino querenti quem mittere debeat, & quisnam iturus esset, Esa. 6, 8. Ecce ego, inquit, mitte me.

LXXII.

Ac de Messia similia recenset Judæorum veterum aliorum Veteres desideria Apostolus Act. 26, 6, 7. his verbis, nunc ob spem promissionis quæ Patribus nostris facta est à DEO, sto in iudicium vocatus, Ad quam DVODECIM TRIBVS nostræ DEUM NOCTE ET DIE PERPETVO COLENTES, sperant se perventuras, &c. Idem Apostolus ibidem versu 22. Adjumentum à DEO petisti in hunc diem usq; testificans tum parvis tum magnis, NEC QVICVAM DICENS EXTRA EA, QVÆ PROPHETÆ ET MOSES prædixerunt futura esse (nimirum) quod Christus esset passurus, ac primus ex resurrectione mortuorum lucem annunciaturus huic populo & gentibus.

LXXIII.

Sed ex pueris etiã simplicioribus quilibet non difficulter hoc assequitur, quod Esaias tantam revelationem inter arcana non retulerit, non reticuerit, non aliquibus paucis tantum indicarit, sed quod illam tanquam perpetuam de Messia officio doctrinam, ab Adamo per reliquos patres ad se usq; propagatam publicè solenniterq; proclamaverit, proclamariq; & doceri fecerit, cum primis inter sacrificia, quia in Esaia fit mentio Messia, quod futurus sit sacrificiũ pro peccato cap. 53, 10. (Ubi enim sacrificij Messia potius meminissent quam inter sacrificia alia) ut nosset, spem in Messia esse collocandã, siquidem nemo nisi brutum non intelligere potuit, quod ex pecorum irrationalium combustis carnibus salus æterna & remissio peccatorum constare non posset. Ideò autem, inquit, inter sacrificia doctrinam de sacrificio Christi juxta prædicationem Esaia ruminarunt apertius, quod apertissimè in Esaia fiat mentio sacrificij Christi.

LXXIV.

Et si verò hic sensus ex Esaia satis elucet ipse, quod nimirum inter sacrificia sua sacrificij Christi mentionem facere debuerint & voluerint, & soliti fuerint, ut non opus esset novi testamenti suffragijs, tamen ex Actor. 26. capite paululum antea allegato apparet, quod nocte & die Messiam desiderarint, jam tandem spectaturi, quid de ipso esset futurum, quid oblaturus ipse juxta Esaia: vaticinium, quid consolationis & beneficiorum ab ipso essent reportaturi.

LXXV.

QVINTVM Argumenti quod veteres inter sacrificia concionari debuerint, & concionati fuerint de passione Christi, ex Dan. 9.

Addimus quintò simillimam probationem ex capit. 9. Danielis, ubi res eodem modo sese habet, quemadmodum jam de Prophetia Esaia diximus: Verba enim nimis sunt clara: Hebdomada septuaginta decisa sunt super populum tuum, ad finiendam prævaricationem, ad consumendum peccatum, & expiandam iniquitatem, ad justitiam seculorum adducendam, & finiendam visionem & Prophetiam & unguendum sanctum sanctorum, Item: post hebdomadas sexaginta duas exciderit Christus, Item: in dimidia hebdomada cessare faciet sacrificium & oblationem &c. Tam sunt hæc Evangelica tam clara & perspicua, tam facilia & obvia, ut ne minima ex parte ullis egeant explicatiunculis, & sine dubio hæc ipsa Judæi inter sacrificia expenderunt, & expendere jussi sunt accuratissime, quod ista corporalia sacrificia essent cessatura, & quod Christus est excindendus, & ita peccatum ablaturus.

LXXVI.

Hodierni Judæi ad Danielis illa verba remissi prorsus obstupescunt, de quibus illis nec cum Christiano ullo vix millesimus quisquam conferre sustinet. Audivi doctissimum, qui diceret, de verbis Danielis non esse disputandum Judæo, quod aut amentem, aut hæreticum efficere posset disputatio ex Daniele, cum gentilibus instituta.

LXXVII.

Tanti fulgoris est illud oraculum sacrum: In eo enim determinatur non tantum tempus adventus, sed & tempus mortis Christi, adeo quod docetur illud, Christum revera moriturum & simul finiturum prævaricationem, consummaturum peccatum, expia-

expiatorum iniquitatem, adducturum iustitiam seculorum, simulque finiturum non tantum visionem, sed etiam sacrificia & oblationem; utique, quod pueri palpare potuere, quia corporalia finem sacrificia istum assequi nequiverunt, quem assecuta fuit sacrificialis passio Christi.

LXXIX.

Si ergo nos Christiani etiam post Messiam exhibitum nostrae religionis fundamenta ex Danielis loco adducto solidissima inquirimus, utique ante natum Christum ex eodem Daniele notitiam cuncti Israelitae dilucidissimam haurire potuerunt, quod attinet ad doctrinam de tempore adventus Messiae, de officio Messiae, de passione & morte, deque resurrectione Messiae.

LXXX.

Nec fieri aliter potuit, quin Danielis Prophetia cunctis Israelitis & Ecclesijs Israeliticis fuerit notissima, & ab ipsis creberrimè commemorata; praesertim cum tali tempore promulgata fuerit, durante captivitate Babylonica, videlicet, quod tempus attentionem erga istud vicinium in singulis non excitare non potuit majorem.

LXXXI.

Summatim, haec Prophetia Danielis nihil aliud sibi voluit quam hoc, ut cuncti sacrificantes inter sacrificia cogitarent, 1. Peccata & iniquitates hominum apud DEUM expiari non posse nisi per mortem & sanguinem excisi Messiae. 2. Interim pecorum mortem repraesentare, mortem ipsam Domini Messiae.

LXXXII.

Et si verò tempore Esae, tempore Davidis, tempore Abrahami, temporibus item Adami nondum constabat de tempore mortis, tamen omnium istorum temporibus hoc pro certissimo constabat, moriturum videlicet Christum pro restauratione totius generis humani. Et hac consideratione fides Adae, Abrahami, Davidis & Esae de morte Christi per omnia congruebat, & inter sacrificia explicabatur, licet tam definitum tempus mortis Christi nondum prioribus priorum Patriarcharum & Prophetarum Ecclesijs constaret.

LXXXIII.

Planè abstinere decrevimus in hisce probationibus ab auctoritatibus Hebraeorum Rabbiorum. Si quis in hanc sententiam

D 3

tiam

tiam aliquid perlegere gestierit, is adeat octavum librum Petri Galatini de arcanis Catholicae veritatis, evolvat quoque librum à Paulo Weidnero, Philosophiae ac Medicinae Doctore, ex Judaismo ad fidem Christi converso, *cujus titulus Loca praecipua fidei Christianae lib. 2. excusum Viennae Austriae 1559.*

LXXIII.

SEXTVM Argumentū quod veteres inter sacrificia de passione Christi fuerint con-
DENIQUE propositum nostrum reddemus etiam probatum ex epistola auctoris scripta in novo Testamento ad Hebraeos, cap. 7. & 8. & 9. & 10. Capite igitur septimo ad sententiam Davidis ex Psalm. 110. auctor iste etiam hanc affert concionem & fidem Patrum veteris Testamenti de sacrificijs: Si consummatio per Leviticum sacerdotium erat, quid amplius erat opus alium exoriri Sacerdotem secundum ordinem Melchisedeck, nec secundum ordinem Aaron. Et paulo post: Nam mandatum praecedens abrogatur, quod nullis vitibus sit praeditum & inutile, Nihil enim sanctificavit Lex, sed adscita spes melior, per quam appropinquamus D.E.O.

LXXXIV.

Hoc sibi utiq; volunt ista verba, Et se & alios Patres ex Psalm. 110. haud obscure collegisse & credidisse, Christum revera satisfacturum pro peccatis nostris. Rationem affert istam, quia D.E.U.S per hoc ipsum, quod promisit, Christum Sacerdotem secundum ordinem Melchisedeck, & non secundum ordinem Aaronis, haud obscure indicavit, sacrificia ipsa vetera non satisfacere pro peccatis, sed peccata tolli tantummodo per Christum.

LXXXV.

Vehementer autem urget, quod Dominus Sacerdotium Christi secundum ordinem Melchisedeck non absq; juramento, sed cum juramento instituit; Juravit Dominus & non poenitebit eum, Tu es Sacerdos secundum ordinem Melchisedeck; ex quibus verbis conatur elicere constantissimam D.E.I voluntatem & singularissimam praedestinationem ipsius de peccatis totius mundi per Sacerdotium Christi abolendis, sicut è vestigio discrimen Sacerdotij Melchisedeciani & Aaronici, ex perfectione & imperfectione desumptum ascribitur, quod Christo non sit necesse quotidie (quemadmodum illis Pontificibus Aaronicis prius pro peccatis propriae offerre victimas, deinde pro peccatis populi,) quia hoc fecit semel
quum

quum seipsum obtulit, Lex enim homines constituit Pontifices
infirmos, at sermo jurisjurandi post legem Filium constituit, qui
in aeternum est sanctificatus.

LXXXVI.

Capite octavo eadem repetit, versu 7. Si prius foedus tale fuisset,
ut nihil in eo posset requiri, haudquaquam fuisset secundo quaesit
locus. Fuisse autem secundo opus, more Scripturae probat ex Ieremiae
31. & 34. Ecce dies venient, & pangam cum domo Israel, & cum
domo Juda foedus novum, & addit, Dum novum dicit, antiqua
vit prius. Expresse item vers. 5, vetus foedus nominat exemplar & um
bras rerum caelestium.

LXXXVII.

Capite nono ex tabernaculo Moysis, cui tandem respondit tem
plum Salomonis, & ex ritibus servatis in eodem utroque illam
ipsam rem non illustrare modo, sed & confirmare aggreditur.

LXXXVIII.

Hic ante omnia necessaria est qualiscunque tabernaculi Mo
saici & templi Salomonici notitia. Et primo quidem nequaquam
intra tabernaculum Mosaicum, vel intra templum propriissime
dictum Salomonicum conciones habebantur, & populus erudie
batur, vel sacrificialia pecora quotidie immolabantur, sicuti in
nostris templis docetur plebs, & administrantur Sacramenta.
Etenim extrinsecus in circuitu circummeirca erant atria, & in
his atrijs stabat altare holocausti, super quo pecora sacrificialia
comburebantur, & in his atrijs erant portae, in quibus docebatur
populus. Jerem. 7. 2. & alibi.

Brevissima
delineatio
veteris ta
bernaculi &
templi.

Templum
etiam pro a
trijs templi
accipitur Io
han. 18. 20.

LXXXIX.

Deinde ipsum tabernaculum Mosaicum quomodo fuerit
contextum & divisum in sanctum & sanctum sanctorum, legere
quilibet poterit in Exodo cap. 26, v. 26. Stabat tabernaculum se
cundum longitudinem inter occasum & ortum, habebatque ve
lum pro introitu ab extra ad orientem, nullum velum ab extra
ad occasum. Sanctum igitur sanctorum ab occasu, sanctum ab
ortu erat. Neutra vero illarum partium habebat fenestras,
sed in candelabro ex oleo administrabatur lumen in sancto,
in san-

NB.

Mirum ta- in sancto sanctorum nullis opus erat quotidie luminibus, nisi
bernaculum quando Sacerdos summus semel vel uno die in illud ingredieba-
quod nul- as cur, (tribus tamen actibus uno die, & ita tantum semel seu uno
habuit fene- die in anno, primo importans suffimentum Levit. 16, 12, 13. de in-
stras, signifi- de importans sanguinem juveni vers 14. deniq; prius mactans
cavit) igitur & mox importans sanguinem hirci versu 15.)

umbrae sa-
crificiales vi-

gere usq; ad
patesactione
Christi.

Mirum tem-
plū in quod
auditores
ingredi non
audent, si-
gnificavit i-
gitur, expe-
ctari aliquē

istā ceremo-
niali um-
brā interim
representa-
tum.

Vulgata pi-
ctura taber-
naculi Mo-
saici in Siloh
consistentis,
ut extat a
pud Benedi-
ctum Ariam
Montanum,
& Augusti.

XC.
Deniq; et si templum Salomonicum habuit fenestras, sive fo-
ris angustas, intrinsecus latas, sive foris latas, & intrinsecus angu-
stas, tamen nec sanctum, nec sanctum sanctorum super quæ am-
bo rectum habebatur, ab hominibus ad audiendum, & ad partici-
panda Sacramenta passim frequentabatur, siquidem in sanctum
quidem quotidie Sacerdotes ex ordine administrationis sacra fa-
cientes, in sanctum sanctorum Pontifices maximè quorannis se-
mel introibant. Versabantur igitur auditores extra hoc speciali-
ter sic dictum templum, sicut Zacharias Baruchiae filius dicitur
fuisse interfectus inter altare & templum, Matth. 23, 35. Sicut à redi-
tu post captivitatem Babylonicam ædificant altare Esdrae 3, 2.
& offerunt holocausta, cum tamen tunc templum non esset fun-
datum, versu 6.

XCI.

Populus etiam erudiebatur in atrijs templi intra porticus
juxta portas, Jeremiae 7, 1. & 36, 10. Ipsum quoq; tabernaculum Mo-
saicum nullis quidem portis propriè constabat, attamen quando
in Silo stetit, utiq; in circuitu murum habuit, varijs constantem
conclavibus. Id legenti Samuelis primum librum, liquidò patebit.
Etenim post sacrificia instituebantur sacra convivia juxta tem-
plum seu tabernaculum, quod utiq; in conclavibus muratis con-
tigit, 1. Sam. 1, 4. Samuel etiam puerulus DEO dedicatus dor-
miebat in templo Jehovæ, in quo erat arca DEI, 1. Samuel. 3, 3.
(utiq; iterum in muratis conclavibus non vel intra atria vel intra
sanctum aut etiam sanctum sanctorum.) Aperuit item Samuel
mane ostia domus Jehovæ, qualia tamen nec in atrijs nec in ipso
sancto vel sancto sanctorum fuerunt, & qualia non nisi in circuitu
muris constructis habere potuit 1. Sam. 3, 15. Item filij Eli dor-
miebant cum mulieribus, quæ congregabantur ad ostium taber-
naculi.

tabernaculi Ecclesie, 1. Sam. 2, 22. id quod nec in sancto sanctorum num Torri-
nec in sancto, nec in atrijs ubi semper erant homines, sed in con-ellum atq;
clavibus muratis factum fuit, qualibus exedris & conclavibus alios, obscu-
tandem abundavit aedificium Salomonicum. Unde bene fecissent ra & imper-
veteres & recentes Historici, si pictura tabernaculi Mosaici ejus-secta.
demq; attiorum pro tempore, dum in Siloh stetit, murum appositè
quendam circumdedissent.

XCII.

Hos igitur ritus prioris tabernaculi tanquam singularis ha-
bitationis DEI, auctor Epistolæ ad Hebræos in hunc interpre-
tatur modum, quod declarare voluerit Spiritus sanctus, nondum
patet factam esse viam ad sacrarium priore tabernaculo adhuc con-
sistente, quod fuit exemplar, quo sacrificia offeruntur, in ritibus
carnalibus usq; ad tempus correctionis imposita, donec Christus
accedens per majus & perfectius tabernaculum, neq; per sangui-
nem hircorum, sed per proprium sanguinem ingressus est semel
in sacrarium, &c.

XCIII.

Capite decimo eadem ipsa repetitur sententia: Lex umbram obtinuit
futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum, ideoq; his ho-
stijs, quas singulis annis easdem (per annos ferme 4000 quoti-
die) assidue obrulit, nunquam potest accedentes sanctificare.
Omnis igitur Sacerdos astitit quotidie operans, & easdem sæpius
offerens hostias, quæ nunquam possint auferre peccata, Hic ve-
rò (Christus) una pro peccatis oblata victima in perpetuum se-
det ad dexteram DEI, id quod superest, expectans, donec inimici
fiant scabellum pedum ejus, Unica enim oblatione consecravit
in perpetuum eos qui sanctificantur.

Ab initio
mundi post
lapsum, non
tantum à
Mose stetit
Sacerdos
offerens.

XCIV.

Postquam hæc capite decimo præfatus est, mox iterum ex Je-
remia confirmare more Scripturæ idem aggreditur cum fusiore
annexa declaratione in hunc modum: Testificatur nobis & ipse Spi-
ritus sanctus: nam posteaquam prædixit, Hoc est foedus quod pa-
cisca cum eis post dies illos, dicit DOMINVS, inditas leges
meas, in corda eorum, & in mentes eorum inscribam, ET PEC-

E

CATO

CATORVM atq; INIQUITATVM IPSORVM non RECOR-
DABOR AMPLIUS, Porro ubi horum est, non est amplius obla-
tio pro peccato. *Hac ibi.*

XCV.

Capite undecimo producit auctor Epistolæ magnam testium
nubem, sicut ipse indigitat & loquitur Hebr. 12, 7. producimus,
inquit, testes tales, qui omnes, ut loquitur in fine capitis undecimi,
testimonium adepti per FIDEM, non obtinuerunt PROMIS-
SVM, quod DEUS de nobis melius quiddam providerat; ne
absq; NOBIS consecrarentur. Hoc est, ut loquitur eodem capite, ver-
su 13. Secundum fidem mortui sunt isti omnes, quum non essent
adepti promissa; sed EMINVS ea vidissent, & credidissent; ac cum
gratiarum actione excepissent, professq; fuissent se hospites &
advenas in terra.

Veteres emi-
nus promissu
obtinuerunt
Christum:
utiq; in sa-
crificijs præ-
sertim, ergo
in sacrificijs
de Christo
obtinuerunt et
didicerunt.

Fide in Chri-
stum Patres
salvati.

XCVI.

Et hæc verba plusquam clarissima evincunt, quicquid Pa-
tres toto capite undecimo ad Hebræos fecisse narrantur laudabi-
le, quod illud omne fecerint ex fide, & amore, desiderioque erga
promissum Messiam, ex fide inquam, quæ facit ut extent quæ ra-
men sperantur. Sicut enim (exempli enim & declarationis
loco illud introducitur) ex simili fide novimus mundum divi ni-
rus creatum esse, qui jam extat, ita ex eadem fide isti omnes ap-
prehendebant Messiam suo tempore futurum. *Fides enim manet
eadem fides sive apprehendat præterita sive futura.*

XCVII.

Hinc ergo Abel fide in Messiam sincera præstitit sacrificia,
fide erga Messiam iudicem totius Orbis terrarum (Judæ versu 14,
15. Actor. 17: 32.) vegetissimâ hinc translatus est Enoch; Ex fide ju-
stitiæ hæres factus: Noah arcam apparavit, cum primis Abraham,
Isaac, Jacob, Sara, per fidem in Christum eminus promissa vide-
runt, per fidem eandem Joseph voluit ossa sua sepeliri in terra pro-
missionis, in qua Messias nasci debebat, per fidem eandem Moses
majores arbitratus divitias probrum CHRISTI quàm Ægyptio-
rum thesauros renuit vocari filius filia Pharaonis, & potius elegit
simul malis affici cum populo DEI.

98. Per

XCIIX.

Per Fidem erga Messiam nasciturum ex Israëlicis intra terram Chanaan juxta promissionem DEI (properarunt in terram Chanaan ex Aegypto, derisi etiam propter has vanas, ut hominibus putabantur, spes ab Aegyptijs, Hoc enim est probrum Christi, sed ipsi contra spem supra spem credentes & divinitus adjuti) transierunt mare, clamore destruxerunt moenia Jericho.

XCIIX.

Per fidem (erga Messiam intra terram Chanaan ex Israëlicis proditurum, id quod nunc celerius futurum, in egressu magnis conatibus & cum gaudijs infinitis jaëtitarunt, & multis Ethnicis persuaserunt ipsi) Rahab excepit hospitio exploratores nec perijt. Per eandem fidem erga Messiam in alijs heroici fuerunt, & extrema tentarunt ac passi sunt præstantissimi homines versu 32. atq; OMNES HI tamen promissum non obtinuerunt. Utiq; contextuum coherentium tam concatenata series & *συνέχεια* cogit nos hoc in loco fidem non nisi ad dictum modum interpretari.

C.

Fidem erga DEUM creatorem cœli & terræ, & erga Messiam ab ipso pro salute totius generis humani mittendum habuerunt alij etiam, Job, Melchisedeck, Jethro, Pharaon conversus in Aegypto, Nebucadnezar, Cyrus, Darius conversus: sed præter hæc jam dicta simul de Messia ex suis sanguinibus nascituro ad hoc, ut contereret caput serpentis, ipse interim calcaneo atterendus, de semine benedicturo cunctis gentibus ex se orituro, de Sacerdote quidem sacrificaturo, sed tamen secundum ordinem Melchisedeck, aliter quàm faciunt Sacerdotes Aaronici, iterum ex femoribus suis nascituro, de Messia posituro animam suam sacrificium pro delicto omnium ex suis lumbis emerituro, de Christo excindendo ad tempus, sed tamen adducturo æternam justitiam, finituro iniquitatem, & completuro visiones, terminaturo sacrificia, ex Israël florituro, speciales promissiones nulla habuit gens nisi illa quæ Hebr. II. recensetur, unde ex fide in istum nostræ simili, sed specialibus simul promissionibus innitenter tanta sustinuerunt, interim cunctis alijs populis prælucentes, quotquot salvi fieri voluerunt, ut & isti in eundem futurum Dominum sperarunt.

Et hac occasione sicut hodie nullus est servulus Turcicus in extremis eremis, qui ignoret, adhuc Judæos expectare Messiam, ita olim omnibus hoc erat notum ipsum, de rege quodam ex Judæis maxime orituro. Cujus & Suetonius in Vespasiano mentionem facit.

Conclusio.

Ergo cum Epistola ad Hebræos per se satis sit clara, & doceat sacrificia fuisse typos mortis Christi, hocq; credidisse & docuisse omnes veteres Ecclesias, hanc in sententiam ex eadem epistola plus verborum facere nunc non liber, quin potius ut hanc problematis hujus partem concludamus, ex ijs quæ huc usq; ordine prolata sunt, sufficienter pater, Adamum inter sacrificia docuisse de passione Christi, idem fecisse Abrahamum, idem facere jussisse Davidem, Esaiam, Daniele, & quod idem quoq; à veteribus omnibus sanctissimis Ecclesijs reipsa factum fuerit, assertione sua confirmasse auctorem Epistolæ ad Hebræos.

Summatim, verissima sunt illa verba apud Lucam cap. 24. 27. quod exorsus à Mose & ab omnibus Prophetis interpretatus fuerit Christus discipulis in omnibus Scripturis, quæ de se scriptæ erant, versu 44. quod oportuerit impleri omnia quæ sunt in lege Moïsis, Prophetis & Psalmis de ipso, & Luc. 1. 7. quod de Messia D E U S fuerit locutus per os sanctorum, qui à seculo sunt, Prophetarum suorum, Actor. 3. 18. quod D E U S quæ prænuñciaverat per os omnium Prophetarum suorum, Christum passurum, & ita impleverit, & 21. quod Christum oportuerit cælum capere usq; ad tempora restitutionis omnium, quæ prædixit D E U S per os omnium Sanctorum suorum à seculo Prophetarum, & 24. quod omnes Prophetæ à Samuele & ijs qui deinde secuti sunt, quotquot locuti sunt, etiam prænuñciarint dies istos (nati, passi & excitati Messia) & 10. 43. quod Christo omnes Prophetæ testimonium ferant, quod remissionem peccatorum acceperit sic per nomen ejus, quisquis crediderit in eum. Vide etiam Actor. 13. 27. & 26. 23. 24. & 28. 23. Rom. 3. 21. 22. 1. Petr. 1. 9. 10.

Veteres omnes locutos esse de passione Domini sanctos viros, breviter iterum demonstratur.

104. Hæc



CIV.

Hæc si vera sunt, sicuti verissima esse nemo non farebitur; utiq; in Mose, in Psalmis & in omnibus Prophetis Christum passurum & moriturum ac resurrecturum querere convenit. De quinq; libris Mosis & de Jonæ capite 2, 10. ubi sacrificia nominantur, quorum fuit antitypon Messias, nihil amplius addere liber, nec etiam hujus loci institutum patitur, ut oracula alia Mosis & Psalmorum de Christo prænunciata, ut nec typos cumulemus. Ex Esaia, ex Jeremia, ex Ezachiele, ex Daniele, ex Osea, ex Joële, ex Michea, ex Zacharia, ex Haggæo, ex Habacuc, ex Malachia ex typo Jonæ in balena de Christo omnibus nota sunt plurima.

An in omnibus Prophetis, qui hodie extant, aliquid de Christo contineatur.

CV.

In reliquis ut in Amos, Abdia, Nahum, involutus jacet Messias in eo, quando D E U S per Prophetas promittit Israëlitis reditum ex captivitatibus, & à reditu restaurationem politica ipsorum collapsæ, Amos 9, 17. usq; ad finem, præsertim versu ult. Abdia 1. versu 17. ad finem, itidem cum primis versu ultimo, Nahum. 1, 15. Sophonia 3, 10.

CVI.

Quoties igitur in his ultimis Prophetis, immò quoties in Psalmis, & quoties in Prophetis alijs præter hos ultimos vaticinia & promissiones promulgantur de Politia Israelitica redintegratione & restauratione, conservationeq; toties de Messia passuro & resuscitando prænunciari sciamus,

Non alio fine promittitur duratio Politia: Mosis, nisi ut in ea nascatur & patiatur Messias.

CVII.

Etenim Abrahamo & semini ejus tria fuere specialiter, & præ alijs omnibus populis (quorum omnium salutem æternam D E U S æqualiter sitivir) promissa, 1. terræ Chanaan gratuita traditio, Gen. 12, 1. 7. & 13, 17. & 15, 7. 2. Semen amplissimum ex lumbis Abrahæ proditorum intra illam eandem terram, Gen. 12, 2. & 13, 15. 16. & 15, 5. 13. 14. 18. &c. & 17, 6. 7. 8. 3. Messias nasciturus ex posteritate Abrahami in ea terram promissam, Gen. 12, 1. 2. 3. & 22, 16. 17. 18.

CVIII.

Hæc promissiones divinas vel cunctas vel aliquas Prophetæ incul-

E 3

incul-



inculcare solent, & quando unam inculcant, sub eadem volunt
subintelligi reliquas. Ex his Prophetijs desumunt post adven-
tum Messiae voculas & Phrasologias cum agunt gratias, pro bene-
ficio missi Filij sui DEO, *Maria, Luc 1, 46. in suo Magnificat.*
Zacharias ibidem versu 68. & seqq.

CIX.

Debit igitur terra promissa manere propria Judæorum et-
iam sub captivitate Babylonica, & multò magis post captivita-
tem Babyloniam, ut ex Judæis intra illam terram nasci posset
Messias: id quod prolixè admodum enucleatum exhiberi poterat.
Et nisi quis hæc ipsa in toto Biblico codice accuratissimè observa-
verit, ille cum hodiernis Judæis cæcutiet, & tantum terre-
num Messiam somniabit. Contrarium autem satis
elucebit rectè scrutantibus sacras literas.

Et tantum de ista parte Problematis tertij
pro gloria Domini nostri Jesu
Christi. Amen.



Præ-



Præstantissimo Viro,

Dn. M. HIERONYMO NYM-
MANNO VVitebergensi,
DE SACRIFICIIS disputanti.

S. P. P.

M. JOHANNES CÖRBERUS,
Urfershemio-Francus.



*Reclarares, auroq; fulvo carior,
Cunctisq; gemmis, pectus entheis
suum.*

*Sacrassè Musis, perq; delectamina
Dulcis iuventæ cassa, perq; tot minas,*

*Quas Pestilenti mollis afflat halitu
Nostræ voluptas semper ætatis comes,
Ire expeditè, nec teneri lusibus,
Et usq; cunas literarum volvere. :
Sed ipsa rerum pervolasse culmina,
Scientiasq; scire longe plurimas.*

*NYMMANNE doctè, victor ætatis tuæ,
Cum laude præstas ista cuncta maximâ
Dum doctiorum non catos Sophon logos*

Lungasq;

Linguasq; tantum tres probe primarias
Doctus triumphas: sed in ipsa, FRANZIO
DUCTORE magno, Te sacella Numinis
Decenter infers, jamq; de SACRIFICIIS
Das esse doctas publici Iuris Theses.
I porrò felix, i beato tramite,
Quo Te vigor calcarg; ducit Ingeni,
Donec sequatur debitus merces tuis
(Quod spero & opto) largiter laboribus.

FINIS.



94 A 7382

ULB Halle

3

002 183 692





Sb.

VD 17

21,7.99 Bd.







DISPUTATIONUM THEO-
LOGICARUM
DE
SACRIFICIIS
SATISFACTIONIS CHRIS-
TI PRO PECCATIS TOTIUS MUN-
DI PRÆSTITÆ, TYPIS FIR-
MISSIMIS.

Adversus recentiores Arianos seu Photinianos, Satisfactio-
nem CHRISTI omnem pernegantes

Q U A R T A,

Quod antiqui inter sacrificiorum actus beneficia
Passionis Christi considerare soliti fuerint.

Q U Æ

In Collegio Disputationum Theologicarum privato in Templo Arcis
d. 19. Apr. Anno c^lo 1^o c^{xv}. in incluta VVitteber-
gensium Academia habebitur,

P R Æ S I D E

VVOLFANGO FRANZIO, S. S.
Theologiæ Doctore & Profess. Publico

R E S P O N D E N T E

M. HIERONYMO NYMMANO
VVITEBERGENSI

Witteberga, Typis Johannis Gormanni.